



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Porphyrius Ep. 26. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

26. Feb. VITÆ SANCTORUM. 139
RASIS imperio à nescio quo Michaële
se confossum. Et risit fortè mortem,
cùm vigil vivere se vidi; sed die sexto à
Michaële Balbo confossum potuit dehinc
sine superstitione somniis credere. Ex
Surio.

Heu quām lamentandæ vices, quando
desperati apud homines possidebunt spem
divinam; & humanis bonis prædicti bonis
caelestibus fraudabuntur: & hoc facit the-
saurus, qui cor hominis aut per eleemosy-
nam levat in cælum, aut per avaritiam
demergit in terram. S. Pet. Chrys. serm.
22.

S. PORPHYRIUS EP. 26. Februarij.

P O R P H Y R I U S Hierosolymæ æger
quotidie loca sacra cùm pedibus non
posset, genibus obambulabat, expedi-
tissimam viam ad cælum credens, Chri-
sti vestigia. Et fuit cùm ad pedem Cal-
variaz montis triste oculis spectaculum,
jucundum tamen animo objectum est,
Christus cruci affixus, & ponè felicior
è geminis latro. Igitur cùm latronis ver-
bis etiam P O R P H Y R I U S Servato-
rem compellasster, jussit hic descendere
latronem è cruce & opem ægro ferre.
Descendit, osculum tulit, manuque pera-
manter prehensum ad Christum, ut secum
itaret, invitavit. Interea properanti ob-
vius ipse in amplexū Seryator ruit, jussit
que

140 VITÆ SANCTORUM. 26. *Fa*
que dulce onus crucem suam ferre. Tuli-
lubens & verò laboris pretium sanita-
tem abstulit. Proinde sacris initiatu-
sibus **P O R P H Y R I U S**, & custodiæ sanctissi-
mæ Crucis præfectus est. Utimò Ponti-
fex Gazæ inauguratus signo crucis plu-
viam è cælo supplex evocavit, infamem
Veneris statuam dejecit, & Manichaæ
mulierem elinguem reddidit; proba-
vitque hunc in crucem amorem ipsum
Numen, quando lapsos in puteum ter-
geminos pueros salvos parentibus red-
didit, & miraculosâ cruce insignitos.
Illud ad posteros memorabile, cum fa-
na Gazæ nobilissima superstitioni pate-
rent, neque demolitionem horum im-
petrare jam ab Arcadio posset, suppli-
casse **P O R P H Y R I U M** vix nato Theodo-
sio, & cùm hic alieno nutu assensum
præbuisset, votorum tandem potitum
omnia Deorum templa destruxisse,
Deo deinde aliud in Crucis formam æ-
dificasse, & cineri suo, & famæ monu-
mentum. *Ex Metaphr.*

Memento te et si de nihilo factum, non
tamen de nihilo redemptum: sex diebus
condidit Deus omnia, & te inter omnia:
at verò per totos triginta annos operatus es
salutem tuam in medio terræ. O quantum
laboravit sustinens carnis necessitatem,
hostis tentationes! *S. Bern. serm. II. sup.*
Cant.

S. ATHA-